CENSURA

Reverendiſſimi, ac perquam Gratioſi Domini, Domini JOANNIS WERNERI, Epiſcopi Dragonenſis, Eminentiſſimi Electoris Moguntini, quâ Epiſcopi Bambergenſis, Suffraganei, ejusdemque in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarij Generalis. Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Stephanum Bambergæ Decani &c.

Cum præſens Cœlum ſydereum, à Reverendo, ac Religioſo P. Joſeph à Virgine Maria, ſacri Ordinis Carmelitani, Concionatore, noviſſimè procreatum, præmiſſio accurato Theologorum adhoc deputatorum examine, tam in dogmaticis, quàm in moralibus, non ſolùm innube ac ſerenum; verùm etiam ab omni adverſo phœnomeno undequaque liberum judicatum fuerit, libentiſſimè facultatem concedimus, idipſum prælo ſubjiciendi, atque ubivis locorum diſtrahendi, quò plures deinceps animæ diſcant terrena deſpicere, & ſola cœleſtia deſiderare. Datum Bambergæ in monte Divi Stephani ProtoMartyris. Anno 1707. die 12. Menſis Aprilis.

(L.S.) JOANNES WERNERUS, Epiſcopus Dragonenſis, Suffraganeus & Vicarius in Pontificalibus & Spiritualibus per Civitatem & Diœceſin Bambergenſem Generalis, Collegiatæ ad S. Stephanum Decanus.